

DE HALOSANTHO

balænarum: quod aliàs explicabo. Sic ille: alibi verò nusquam quod hîc pollicetur, præstitit, nisi fallor. Deinde Christophorus Encelius in suis libris de re metallica. Tertiò Leonhardus Fuchsius in libro de Compositione medicamentorum. Horum sententiæ primus, quod sciam, contradixit Ianus Cornarius, nullo quidem argumento, sed simpliciter nihil se videre halosantho & femini balænarum cõmune professus: nuper verò etiam Andreas Matthiolus in suis Dioscoridi adiunctis commentarijs: qui argumẽta addit, primum à colore: quem, inquit, in spermate ceti vocato nusquã croceum, neq; rufum, vt salis flori inesse testantur omnes, videre mihi licuit. Alterũ à consistentia, quòd sperma ceti non videatur adeò liquidum, vt salis florem esse Galenus & Aëtius innuũt. Tertium à gustatu, quẽ si consulas, non videatur esse ipso sale tenuius. Postremum à loco, quòd in mari tan-